

967

Sic rectè, Musis comitantibus, ibis ad astra,  
Ut quivis palmam te meruisse sciat.  
Ipse mihi multùm de tanto grator amico,  
Quem verè doctum nomino, quemque pium.  
Ægrotis certè felix medicatur anhelis,  
Herbis conjungit qui pia vota suis.

*M. Michael Wendelerus, P. P.*

---

**Q**uod commune malum doctis hypochondria tentat.  
Versutæ ingenium calliditatis habet.  
Fallit, & obrepit, vix ut deprendere possis:  
Post figit stabili tristia regna loco.  
Unde suas vires cunctos dimittit in artus,  
Ac, mens perpetuò ut langveat ipsa, facit,  
Quos non elisit valetudo insana labores?  
Et (memini) quoties ars bona lusa fuit?  
Sed nihilo affectum SCHRÖTERUS segnius acrem  
Aggreditur: causas, pharmaca, signa docens.  
Rectè! habet ingenium: pietas succurrit; & usus:  
Et quàm docta potest ingeniosus amor?

*Cunradus David Bücher.*

F I N I S,